

FRAN. BAL-  
duinus I. C.

AD LEGES DE IV-  
RE CIVILI,

Voconiam, Falci-  
diam, Iuliam Papiam Pop-  
pæam, Rhodiam, A-  
quiliam.



*Pedro de Ledesma  
y genereta*



Cum gratia & priuilegio ad  
decennium.

*BASILEAE, PER IO-  
annem Oporinum.*

SEN. POP. Q. DVIS  
BURGENSI FR. BAL  
DVINVS S. D.



GO uerò non inficior u-  
num ex eorum numero  
esse me, qui rei præclaræ  
fama impulsus, & magna  
quadã expectatione cõ-  
moti, uestrum de Academia instituen-  
da consilium liberaliter aliquando lau-  
dauerint, & eius nunc primam, quam  
nuper edidistis, informationem luben-  
ter conspiciant, & tanquam iactis iam  
fundamentis opus altius tolli atq; inte-  
grum exædificari ualde optent. Cur  
enim hanc meam erga liberalia studia  
& literas bonas beneuolentiam dissi-  
mularem? Cur non faterer ijs me proli-  
xè gratulari, si audiam, ubi etiam mi-  
nus spei alioqui esse uidebatur, profu-  
gis disciplinis aliquod asyllum aperiri,  
& in extremis finib. Belgicis, ostijsq;  
Rhenanis, non, ut olim, Legionum, si-  
cuti appellabantur, Ripensium castra,  
sed aduersus illiteratam barbariẽ, opti-  
morum studiorũ ueluti stationes col-  
locari?

FRANCISCI BAL-  
duini Iurifcon-  
sulti,

DE LEGE VOCONIA.



LEGEM Voconiam latam  
esse à Q. Voconio Saxa Tri-  
bunopl. testis est Liuiana  
Epitome libri xxi. cuius  
iampridem in hoc genere  
mendum sustulit Ludouicus Vines. Alteri-  
us Voconij Saxæ mentio fit l. i. <sup>si qz ultra</sup> De quæst.  
Suasit eam legem M. Cato, magna uoce & bo-  
nis lateribus, cum iam natus esset annos lxxv:  
sicuti ipse testatur apud Ciceronem de Senect.  
Epitome Liuiana narrat, extare orationem,  
qua legem illam Cato suasit. Utinam ea quoq;  
nunc extaret. legis enim & uim & senten-  
tiam totam fusius iam nobis exponeret. Gel-  
lius huiusce Orationis meminit duobus locis,  
nempe lib. vii. cap. xiii. & lib. xvii.  
cap. vi. Sed ita meminit, ut desiderium no-  
strum magis inflammet, quam expleat. Equi-  
dem

24 Franc. Balduini  
idem tribuere filiabus, quod filijs, in hæreditati-  
bus uel successiõibus: quàm ualde reprehē-  
disset reiecissetq̃ totam legem Voconiam?

DE LEGE FALCIDIA.

**A**NNIS post legem Voconiam du-  
centis & septuaginta, hoc est, an-  
no Urbis DCCXIII, lata est lex  
Falcidia. Tulit P. Falcidius Tri-  
bunus pl. quo anno Consules fuerunt Cn. Do-  
mitius Calvinus II, C. Asinius Pollio. ijsq̃ ab-  
dicantibus, suscepti L. Cornelius Balbus, P.  
Canidius Crassus: qui fuit tertius annus Cæsa-  
ris Octauiani, M. Antony & M. Lepidi  
III VIR. R. P. C. Sic enim ex Dionis libro  
quadragesimooctauo colligo. In Euseby Chro-  
nico scriptum est, hanc legem latam esse tertio  
anno Augusti, proximo post Ciceronis mor-  
tem. Sed uerius est, duos saltem annos nume-  
rari posse inter Ciceronis mortem, & huius le-  
gis lationem. Annus hic insignis ac nobilis est  
non hac modo lege, sed & multarum rerũ me-  
moriam. Tunc enim finito bello Perusino, pax  
primùm facta est inter Octauium & Anto-  
nium:

BASILEAE, EX OFFICINA  
Ioannis Oporini, Anno Salutis hu-  
manæ M. D. L. X. men-  
se Augusto.

